



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Proemium. De S. Oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

DE S. ORATIONE.

**A**MOR Dei thesaurus immen-  
sus & incomparabilis est, qui  
in terra humilitatis delitescit, at-  
que inde ligone sanctæ orationis  
effoditur: Itaque anima quæ amore  
sponsi sui IESU Christi ardere desi-  
derat, in huius horti cultura diuina  
suffulta gratia, strenuè laborare &  
exerceri debet: alioquin naturaliter  
loquendo fieri non poterit, vt amo-  
re illius succendatur.

Oratio verò triplex est. Alia vo-  
cis, alia mentis, alia ex vtraque mix-  
ta. Vocis illa est, qua sancta mater  
Ecclesia in diuinis officijs & publi-  
cis orationibus vtitur: quam etiam  
privatæ personæ in psalmorum ali-  
arumque orationum recitatione  
vsurpant. Mentis oratio est cordis in  
Deum eleuatio, sine vocum aut ver-  
borum strepitu, dum animus de sua-  
uitate mentalis vnionis cum DEO  
gaudet. Mixta oratio ea est: quando  
mens eleuata & diuino amore ine-  
bria extrinsecus in voces amoris,

*Oratio  
triplex  
est: men-  
tis, vocis  
& mix-  
ta.*

laudis, oblationis, petitionis, & gratiarum actionis cum ardentibus & ignitis suspirijs erumpit, dulcissimuraque amorem suum in clamat, qui cor eius suauibus flammis adurit & consumit: ac viscera sua dilatat, quo quantum fieri potest absorbeat infinitam & immensam abyssum summi DEI, quem summopere diligit, & ad quem cum incendio & insatiabili desiderio continenter anhelat: dicens cum Propheta: *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum.*

*Psalm. 41.*

*Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?*

Omnia hæc orationum genera sancta sunt & bona, verum orationis mentis & ea quæ ex vtraque mixta est animam quam citissimè ad perfectionis fastigium, vnionem diuinam, ardentissimumque Dei amorem perducunt, efficiuntque vt non secus ardeat, ac si in clibanum aut fornacem succensam, vt ignem vehementer

hemētissimum inmissa foret. Om-  
nem itaque operam & studium huc,  
Anima, confer, vt per feruidas ora-  
tiones, ardentia & ignita suspiria,  
te ipsam continuò inflammes, &  
cor tuum diuino amore succendas  
& ignias.

Quamuis autem ariditatis & ten- *Oratio vocis*  
tationum tempore, oratio quæ vo- *tempore ari-*  
ce fit, videatur conuenientior & *ditatis utilis*  
vtilior: attamen quando iam mens *est: nocina*  
inflammata, & à sensibus auocata, *verò quando*  
diuiniq̃ amoris igne, post deuo- *anima Deo*  
tam & feruidam meditationem, *vnita est.*  
succensa fuerit, animæ oranti magis  
est impedimento, quàm adiuumento.

Imò fieri potest, vt anima, quæ  
sola vocis oratione delectatur, nun-  
quam ad eum amoris gradum per-  
ueniat, ad quem ij qui meditationi  
student, pertingunt: Sic enim ait  
Propheta. *In meditatione mea exarsit* *Psal. 38.*  
*et ignis.* Attamen vnusquisque pro-  
prium donum habet à Deo, itaque  
quilibet vnctionem sancti Spiritus  
sequatur: Quò is eum duxerit, eò  
ductorem suum sequatur, & in ijs,  
quæ

quæ ipse suggererit, se exercitet.

Aduertat nihilominus Anima pia, vt amatori suo respondeat, nec ei ingrata sit, sed sollicitè ipsi placere quærat, seque totam sanctissimæ voluntati eius resignet, ac omnia quæ cogitat, loquitur, & agit ad laudem & gloriã Sanctissimæ Trinitatis, Patris, Filij & Spiritus Sancti referat. Amen.

*Porta per quam in hortum sancti  
Orationis introitur.*

**Cant. 4.** **T**OTA pulchra es MARIA, & macula non est in te. Spetiosa, & labis omnis expers es, ô virgo purissima, coelorum regina, Imperatrix Angelorum, Domina mundi, & Mater Dei, ac proinde sis in æternū benedicta.

*Anima benedicit omnes partes purissimi corporis Mariæ Virginis.*

Benedictum sit caput tuum celesti sapientia plenum.

Benedicti sint capilli tui, castissimas mentis tuæ cogitationes significantes.

Benedicti sint gratiosi oculi tui, quibus prima videre meruisti Dei filium.

Bene-